

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Abraham Drentwett

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae. Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Quinta, Quod Mundus Aliquando Caeperit**

Rostochii: Reusnerus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756641861>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eich.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

5.

Disputationum DE VERITATE RELIGIONIS

CHRISTIANÆ.

EX P. MORNÆI, DE
EADEM LIBRO,

Quinta,

QVOD MVNDVS ALL
QVANDO CÆPERIT,

Quam


DEO DVCE ET AVSPICE
PRAESIDE
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur*

ABRAHAM DRENTVET
Augustanus.

Hora & loco consueto.

ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. C. I.



ΕΥΝ ΘΕΩ, Disputatio Quinta.

Quod mundus aliquando cæperit.

I.

Hactenus de primâ causâ & principio omnium Deo quod sit, una, essentia, in tribus personis, partim rationibus humanis, & Ethnicorum testimonijs, partim divinâ revelatione rationibus & testimonijs humanis comprobata satis dictum: proximum est ut de effectu Dei, ipso nimirum Mundo agamus.

II.

De quo cogitanti potissimum hæ tres quæstiones occurunt, An cæperit, an vero sit ab æterno; Quando sit conditus, & ex quo tempore cæperit; & deniq; Vnde sit conditus, ex præjacente materiâ, an verò ex Nihilo.

III.

Mundum autem, aut quidquam in mundo æternum esse non posse; ex consideratione tum Mundi & temporis, tum ipsius æternitatis evidenter patebit, quam eodem modo, ut Deum superiùs, contemplabimur.

A 2 Vte-

I V.

Vt enim in Dei qualemcunq; cognitionem arre-
pimus, propter Dei excellentiam, omnes defectus &
virtutes rerum creatarum à Deo removendo : Sic et-
jam in æternitatis cognitionem qualemcunq; con-
tendimus omnes temporis qualitates & proprieta-
tes ab illâ infinito spacio abstrahendo.

V.

Vt enim tempus omnibus creatis est Analogon,
sic æternitas ip̄si creatori respondet.

V I.

Cum ergo tempus sit motus, mensura, prius &
posterior, fluxum, finitum, successivum, passivum,
numerabile : Erit æternitas contra ex naturâ Anti-
thetorum, immobilis, immensurabilis, punctum du-
rationis præsens, fixum, infinitum, totum, simul, in-
numerabile, merus actus.

V I I.

Principiò ergo, cum illud, quod æternum est, im-
mobile sit, eo, quod infinitum moveri nequeat, mun-
dus & omnia mundana æterna esse nequeunt, quia
finita sunt, & moventur.

V I I I.

Mutantur a. & moveantur Elementa omnia &
singula certâ vicissitudine, terra quatuor anni parti-
bus à sole, aqua accessu & recessu à Lunâ, aér varijs
ventis occultâ & exteriori vi stellarum; composita
et jam ijsdem vicissitudinibus cæli & solis virtute ex-
ponuntur.

IX.

Nec cælum ipsum tantæ soliditatis ab hisce vi-
cissi-

cissitudinibus immune, quibus Sol iu Zodiaco can-
cellis tropicorum inclusus utramq; solsticij metam
annuo spacio lustrat, Luna vario vultu apparens
motum suum mense absolvit, reliqui planetæ, stellæ,
& orbes certos suos cursus conficiunt.

X.

Qui motus cæli inferiorum motuum causæ, ali-
quando cæperunt. Cæperunt autem incitati à primo
motore & divino Spiritu, in quo omnia sunt & mo-
ventur.

X I.

Neq; est quod quis motus continuitatem in cæ-
lo demiretur: nam & illa est in motu cordis, pulmo-
nis, & multis automatis, quæ cæpisse scimus, & finiri
quotidiè observamus.

X II.

De stirpium porro, animaliumq;, ut & corporis
humani ortu & interitu evidenter omnibus constat.

X III.

Anima etiam licet tantis dotibus exornata (quæ
plurima movet, immobilis, pluribus locis adest im-
mutabilis, omnia tēpora conjungit sine successione,
seq; ipsum & alia ex parte cognoscit) neutiquam
tamen æterna est, ut quæ cum tempore discit & de-
discit, ob res corruptibiles turbatur, varia & incon-
stans est, & quid ipsa æternitas sit, ne intelligere qui-
dem potest.

X IV.

Qui objiciunt, si partes æternæ non sint, saltem
successione partium corruptibiliū totum æternum

A 3 consta-

constare, vani sunt, cum successione & additione
temporalium & finitorum finita res æterna & infi-
nita nec potentia, nec actu possit exsurgere. Vnde
tum in toto, tum in partibus motus initium colligi-
tur.

XV.

Vaniores sunt, qui ex mundi motus initio, mun-
di essentiæ initium concludi posse negant: Cum
mundus sine motu, mundus esse & cogitari nequeat:
Vtpote cum stirpes, animalia, & homo; cuius potis-
simum causa omnia facta sunt, esse non potuerint,
utpote cum sine motu esse non possunt.

XV I.

Vaniissimi qui ante motum mundum fuisse rude
& indigestum Chaos, contendunt, in quod anima
suo tempore se insinuarit, ut ita tandem integrum
quasi animal mundus ederetur. Si enim & Chaos &
anima æterna fuit, quâ ratione anima ab æterno ipsi
Chao debita quasi & destinata fuit?

XVII.

Casu destinata esse non potuit. Casus enim or-
dinis, qualis in mundo, auctor esse non potest. Sin
consilio, certe illud in superiori fuit, unde neq; ani-
ma neq; chaos æterna essent, cum æternum se supe-
rius nihil habeat. Sin autem sua voluntate, certè ani-
ma illa Deus esset, Qui cum æternus & infinitus sit,
nihil aliud à se (quale ipsum chaos & materia) po-
test sibi coæternum habere, sed materiam ipse fecit,
ut postea probabitur.

XVIII.

Porro in universo admirabili concatenatione,
omnia in mutuum usum comparata esse videmus,
ubi

ubi animalia homini, stirpes animalibus, elementa
stirpibus, Cælum Elementis & compositis omnibus
inservit, ubi finem omnium animadvertisimus, quæ
res ad finem destinatas omnino antegreditur.

I X.

Cumq; consideratio finis in rebus ipsis esse non
potuerit, utpote quarum nulla (qui est libertatis a-
mor) in alterius usum se comparasset, cumq; alias,
nihil finem sibi posset constituere ; certe Spiritus o-
mnibus hisce prior præfuit, & potentissimus &
sapientissimus. Cui soli & unico æterno
laus & gloria, Amen.



AXIOMATA ET COROLLARIA.

1. *Creatura neq; imago neq; umbra creatoris rectè dici potest.*
2. *Inter atomum & universum mundum quedam est pro-
portio.*
3. *AEternitas se habet ad Deum, ut tempus ad creaturam.*
4. *Vt Deum infinitum collatione cum creaturâ finitâ ; Sic æ-
ternitatem collatione cum tempore cogno-
scimus.*
5. *Si creatura potest creator esse, potest & tempus aeternum
esse.*


6. Nul-

6. Nullum sensibile est aeternum.
7. AEternum & infinitum idem est.
8. Nullum aeternum moveri potest.
9. Tempus aeternitati, ut finitum infinito, & creatura creatori
oppontitur.
10. Successione continua temporis, duratio aeterna nequit ex-
sistere.
11. Presens aeternum opponitur praterito & futuro, ut stabile
fluxo.
12. Finis rebus ad finem destinatis semper est prior.

FINIS.







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-
climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insanii convernant, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-